Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



xciiij.

misit aquā in pelvim; et
cepit lavare pedes discipu
lorū, et extergebat linteo quo
erat praecinctus. Venit ergo ad
simonem petrum; et dicit ei
petrus. Domine; tu mihi lavas
pedes? Respondit ihs et dixit ei,
Quod ego facio tu nescis
modo: scies autem postea. Dicit
ei petrus. Non lavabis mihi
pedes in aeternum. Respondit ei ihs,
Si non lavero te; non habebis
partem mecum. Dicit ei simon
petrus. Domine: non tantum pedes
meos; sed et manus et caput.
Dicit ei ihs. Qui lotus est
non indiget nisi ut pedes
lavet; sed est mundus totus.
Et vos mundi estis, sed non
omnes. Sciebat enim quis esset
qui traderet eum; propterea
dixit non estis mundi omnes.
Postquam ergo lavit pedes eorum
accepit vestimenta sua; et
cum recubuisset iterum dixit eis.
Scitis quid fecerim vobis?
Vos vocatis me magister et
domine et bene dicitis; sum
etenim. Si ergo ego laui
pedes vestros dominus et magis
ter; et vos debetis alter
alterius lavare pedes. Ex
emplum enim dedi vobis; ut
quemadmodum ego feci
vobis, ita et vos faciatis.

Oratio dni fecit iuvame. Offertorium.

Dextera domini exaltavit me non mo
riar sed vivam et narrabo opera domini.

Ipse tibi quaesumus domine sancte. Secreta.

Pro omnipotentia tua hos sacri
ficium nostrum redde ac
ceptum. quod discipulis suis in
sui commemorationem hodiernam tradidisse monstra
vit ihs xpus filius tuus do
minus nr. Qui. Infra actionem.

Communicantes et
diem sacratissimum
celebrantes quo dns nr ihs
xpus pro nobis est traditus. Sed
et memoriam venerantes
in primis gloriosae semper vir
ginis mariae genitricis eius
dei et domini nri ihu xpi.
Sed et beatorum apostolorum. Item.

Hanc igitur oblatio
nem seruitutis nre.
sed et cunctae familiae tuae.